

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Siebenter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1882.

Verse auf König Rudolf.

Mitgetheilt von W. Meyer.

Diese Verse befinden sich im Cod. lat. Monac. 27088 (fol. 84), welcher aus dem Reichsarchiv in die Bibliothek gekommen ist. Es ist ein Bombycincodex, der hauptsächlich verschiedene Compendien der Bibel enthält. Ausser diesen Versen stehen noch mehrere nicht historische darin.

Der Verfasser des einen Gedichtes klagt:

Hac prelatura mihi cerno gravamina plura.

Die Anfangsbuchstaben eines anderen geben: Domino Emchoni episcopo Frisingensi (1283—1311). Ein drittes 'Sacri-legis monachis raptoribus ecclesiarum' ist das (mit der Variante emptoribus) bei Flacius p. 499 und bei Fabricius, Bibl. med. et inf. Latin. III, 321 unter dem Namen des Gualo gedruckte. Sonst sind noch besonders sprichwortähnliche Verse darin.

Die folgenden, 1276 entstandenen Verse scheinen noch unbekannt zu sein, und sind zur Charakteristik der Situation und Stimmung nicht unwichtig.

Rome	Rudolfus	Rex	Regnet	Regula	Regum
Rudolfus	Regnet	Revocans	Rex	Regia	Regna
Rex	Revocas	Rigidos	Revocando	Regna	Reformes
Regnet	Rex	Revocando	Regna	Rebellia	Rome
Regula	Regia	Regna	Rebellia	Robore	Rumpe
Regum	Regna	Reformes	Rome	Rumpe	Rebelles.

Rex¹⁾ Rudolfe vale! tibi sit decus imperiale

Et regnum tale, nulli sub sidere quale.

Gracior accrescet tibi gloria, pax revirescet,

Imperium crescet, plebs te regnante quiescet.

Recta statuta leges: est²⁾ ius tibi condere leges.

Vi tua regna reges, ut facta tremant tua reges.

Ductor victricis aquilae timor hic inimicis,

Orbis felicitis rector, lex pacis amicis.

1) Acrostichon: Regi Rudolfo.

2) Zuerst: qui.

Laus tua septenis titulis iam crevit amenis:
 Fac quod et effrenis rex ille Bohemus habenis
 Orbatus plenis ablata refundat egenis.

Winna tuum fanum fallit, tua somnia sanum
 Celant archanum, videt et tua visio vanum.
 Regem Romanum spernis, quod crede profanum.
 Huic superne ¹⁾ manum: dabitur tibi copia panum,
 Ne murum planum det bellum cottidianum
 Et feriat canum flavum iuvenem veteranum.

Winna tui ²⁾ Sclavis est muri tradita clavis.
 Hoc tibi culpa gravis, quod stare recondita mavis,
 Quam quod eas ut avis in terra libera quavis.
 Complicibus pravis timor est pereat tua navis:
 Nec tibi nec proavis fuit aura Bohemica suavis.

Winna nec evades nec turba Bohemica clades:
 Si te non trades, ense fameque cades.
 Nescio quo vades, si bella Bohemica suades,
 Quidquid agant pliades, captaque tristis ades.

Winna scies quanti sit Roma tributa neganti:
 Est pro constanti, quod bella movere giganti
 Romae regnanti, non est tibi tybia tanti.

Iudicio veri nec pontifices revereri
 Vult rex nec cleri ius ecclesiasve tueri,
 Et quae fecit heri, cras irrita mandat haberi.
 (Ergo potest queri rex alter et hic removeri ³⁾.)
 Per multasque vices fovet ille ministeriales
 Contra pontifices et leges pontificales.
 Olim precessit omnes mitra pontificalis:
 Hec modo secessit premit hancque ministerialis,
 Pontificesque satis se contemni paciuntur
 Dum nimis et gratis regalia castra sequuntur.

1) susterne? W. 2) tuis Hs. 3) Von anderer Hand am Rande.
 Es scheint freilich ein vierter Vers der Strophe zu fehlen, aber dieser unterbricht den Zusammenhang.
